



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 13. Angli bellum improvide contra Gallos prosecuti

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

& inter utramque Nationem bellum in Sæcul. XV.
 apertas flammæ erupit. A. C. 1449.

§. XIII.

*Angli improvide bellum contra Gallos
 profecuti.*

Attamen Anglorum res adeo sinistra ja-
 ctabantur fortuna, ut bellum profe-
 qui prorsus inconsultum esset; cum enim
 regnum, & præcipue Londinensis urbs
 exitialibus diffidiis, bellisque domesticis *Vide supra*
 susque deque vertetur, merito Angli *Lib. CLX.*
 optatum belli exitum desperare debebant. *§. 121.*
 Insuper hosce tumultus præcipue accen-
 debant tributa ab Henrico Rege Londi-
 nensibus imposita, quibus etiam accessit
 infelix fatum, quod Humfredus Gloce-
 striæ Dux Regisque Patruus in suo car-
 cere elisis faucibus subiit. Nihilominus
 Angli Scotiam, licet induciæ cum illis
 pactæ non minus eam, quam Britanni-
 am complecterentur, infestis armis inva-
 serunt, maximo tamen eorum damno,
 utpote bino, eoque sat cruento devicti
 proelio, in quorum altero viginti quatuor
 Anglorum millia ceciderunt, & Duglas-
 sius, atque Ormundus Comites conti-
 nuato victoriæ cursu in Angliam popu-
 labundi irruerunt, regnumque fœde de-
 vastarunt. Anglorum imprudentiam Ca-
 rolus Rex in rem suam vertebat, hac-

Q 3

que

Sæcul. XV. que occasione opportune usus, illos ex
 A. C. 1449. tota Francia propulsavit.

§. XIV.

*Maulisonium a Fuxo Comite
 occupatum.*

*Caquin. hist.
 Franc.*

*Mo. Frelet.
 Vol. 3. c. 19.*

Interea Rex Fuxo Comiti Vaconiæ Re-
 gionis ad Pyrenæum usque extensæ,
 sui que exercitus imperium demandavit,
 administrationem vero per totum Re-
 gnum Dunensi Comiti reliquit, ea lege,
 ut quamprimum ambo in eodem loco
 conuenirent, eandem Connestabili cede-
 ret. Præterea Fuxo Comiti Carolus in
 mandatis dedit, ut omnes terras, quas
 Angli ad Pyrenæi radices tenerent, ar-
 mis infestaret, simulque Joanni Arrago-
 nio Navarræ Regi, ac Alphonso Fratri
 aditum occluderet. Hic enim ic̄to cum
 Anglis foedere pollicitus est, se data qua-
 dam pecuniarum summa urbem Maulis-
 olensem, quæ eo tempore munitissima
 altissimæ rupi insistebat, Anglorum do-
 minio integram servaturum. Quapro-
 pter Joannes urbem in fidem suam rece-
 pit, ibidemque præsidii Præfectum con-
 stituit. Nihilominus Fuxi Comes, licet
 Eleonoram Navarræ Regis Filiam duxis-
 set, proin illius gener esset, soceri tamen
 sui utilitatem neglexit, ac regii potius
 mandati memor urbem obsidione cinxit.

Rex